

PRAEFATIO

NUNTIUS GIOVANNI ANTONIO (IOANNES ANTONIUS) DAVIA (DE VIA)

1. Nuntius Ioannes Antonius (Gianantonio) Davia

Ioannes Antonius Maria Davia (Gianantonio D'Avia, Da Via vel De Via) ortus est familia divite, quae paulo ante eum natum inclaruit, cum saeculo XVII fere medio oppidum Domodossola¹ situm in provincia Novara (quae saeculo XVII in Mediolani potestate erat) reliquisset et Bononiae sedem sibi ac domicilium constituisset. Circiter annum 1640 Petrus Antonius Davia, proavus gentis, negotiator strenuus locuples factus est, qua re effecit, ut familia Daviarum inter patricios Bononienses valere inciperet atque ad senatoriam dignitatem efferretur².

Filius eius, Ioannes Baptista, familiae splendorem ac amplitudinem auxit, praesertim cum uxorem duxisset Porciam Ghislieri, quae ultima nata est in familia senatoria Bononiensi, quae ab Ioanne III Sobieski, Polonorum rege, indigenationem Polonam accepit³. Porcia Ghislieri duos filios peperit: Virgilium (1649–1703) et Ioannem Antonium. Virgilius, cum Victoriam Montecuccoli uxorem duxisset, factum est, ut gens Daviarum multo ampliorem, quam antea habuisset, dignitatis gradum obtineret.

Virgilii coniunx cum esset in numero familiarium Mariae Beatricis d'Este, Anglorum reginae, quae tum uxor erat Iacobi II thronum affectantis (regnavit annis 1685–1688, obiit anno 1702), factum est, ut gens Daviarum cum ea gente regia amicitiae vinculis coniungeretur, cui rei testimonio est, quod Virgilius ab Iacobo II Stuarto marchio et par Scoticus creatus est⁴. Virgilii filii, scil. Ioannes Baptista (1674–1704) et Franciscus (1677–1753), in rebus diplomaticis et politicis suae aetatis versati sunt. Ioannes Baptista, natu maior, Ioannem Antonium Davia, avunculum suum, nuntium apostolicum Bruxellensem et Coloniensem comitatus est. Postea usus vinculis consanguinitatis, quae ei cum Aenea Silvio Caprara⁵ fuerunt, honores militares petivit. Cum bellis adversus Turcas in Hungaria gestis interesset, ab hostibus captus est et

¹ Domodossola, in: Enciclopedia Italiana di Scienze, Lettere ed Arti, vol. XIII, Romae 1950, p. 131–132.

² G. Brizzi, Davia. Famiglia. In: DBI (Dizionario Biografico degli Italiani), vol. 33, Romae 1987, p. 124–125.

³ G. Brizzi, Davia. Famiglia. In: DBI, vol. 33, p. 124.

⁴ Cf. ibidem.

⁵ Caprara Enea Silvio (1631–1701), summus dux imperatorius, bellis cum Turcis gestis interfuit.

in arce Septem Turrium tres annos dedit. Familia frustra operam dedit strenuam, ut liberaretur. Liberatus est denique Ioanne Antonio Davia auctore, avunculo suo, qui tum nuntius apud Polonus erat. Etiam Franciscus, Ioannis Baptistae frater, in exercitu Eugenii Sabaudiopolitani bello illo Viscontio duce capitanus stipendia meruit.

Alter filius Ioannis Baptistae et Porcia natus Ioannes Antonius (Gianantonio) lucem vitae vidit die 13 mensis Octobris anni 1660. Iam adulescens studiis litterarum se dedidit. Postea in universitatibus Bononiensi et Tauricensi studiis litteraturae, iuris et philosophiae absolutis in universitate Bononiensi lauream doctoris utriusque iuris adeptus Bononiae scientiam iuris professus est. Sed eodem tempore scientiis, imprimis mathematicae et astronomiae operam dedit et epistularum commercia habuit cum viris illius aetatis doctissimis, in quorum numero fuerunt Marcellus Malpighi, G. Montanari et U. Gozzadini. Anno 1681 Londinium petivit, ut Societati Regiae consultanti interesset⁶. Cum anno 1681 in Italiam reversus esset, Virgilio, qui senator Bononiensis erat, hortante in rebus urbanis versatus est. Mense Decembri anni 1681 magistratus urbanus factus est, anno autem 1683 Castello Sancti Petri, quod in districtu Bononiensi situm erat, praeesse coepit.

Anno 1684 interfuit bello, quod Societas Sancta cum Imperio Ottomano gessit, cum exercitus Tuscos secutus est et „ingenarius voluntarius” Moreae oppugnandae adfuit. Aestate anni 1684 Neapolim nave reliquit et exercitus Christiani miles proeliis cum Turcis factis interfuit. Bellum annis 1684–1699 gestum est, Morea ab exercitu Veneto postea, scil. anno 1687 capta est⁷.

Autumno eiusdem anni Davia in Italiam celeriter revertit, sed Bononiensem cursum honorum omisit et Romam ire constituit, ubi studiis litterarum excolendis se dedidit. Cum doctis contemporaneis commercia epistularum habuit, nummos et nomismata, quorum studiosus fuit, plurima collegit. Anno 1687 ad Innocentium XI pontificem maximum adductus est, qui eum adhortatus est, ut sacerdotis et diplomatici munera subiret. Quae res in Ioannis Antonii vita maximi momenti fuit.

Die 18 mensis Iulii anno 1687 Davia internuntius apostolicus Bruxellensis factus est⁸. Quamvis Belgium Austriae subiectum esset, internuntiatura Bruxellensis multum valebat, cum Angliam, Scotiam, Hiberniam et Hollandiam complecteretur. Huc accedebat, quod controversiae internae de iansenismo ortae sunt, quae diplomaticis papalibus ad tractandum difficillimae erant.

Munera diplomaticorum papalium difficultia erant etiam propter rationes inter Sedem Apostolicam et Francogalliam intercedentes, quae ad res Belgicas

⁶ T. Birtch, History of the Royal Society, Vol. IV, London 1757, p. 94.

⁷ D. Squicciarini, Nunzi apostolici a Vienna, Città del Vaticano 1998, p. 152.

⁸ L. Cardella, Memorie storiche de' cardinali della Santa Romana Chiesa scritte da ..., t. VIII, Romae 1744, p. 119–121.

quoque vim habebant magnam. Munere Bruxellensi expleto I. A. Davia a hominibus rumores spargentibus iansenitarum nimium studiosus reprehendebatur⁹. Bruxellis Davia usque ad diem 24 mensis Aprilis anni 1690 commoratus est. Eodem anno die 21 mensis Iunii a Clemente XI archiepiscopus titularis Thebanus creatus est dispensatione usus, cum nec aetate vitae canonica nec consecratus esset, et mense Iulio nuntius papalis Coloniam est missus, ubi tres annos, usque ad diem 24 mensis Aprilis anni 1696 fuit.

Anno 1696 ineunte nuntius Varsaviensis factus est. Ex eo, quod postea munus nuntii Vindobonensis suscipere est iussus, conici potest Secretariatum Status id egisse, ut Davia rerum Turcicarum, quae Sedi Apostolicae ob periculum Turicum imminens maximae essent curae, peritus fieret. Conici potest etiam superiores Daviam diplomaticum magni fecisse.

Aestate anni 1696 Davia in Polonię venit. Itaque non est dubium, quin pontifex maximus et Secretariatui Status praefecti putaverint eum rerum Turcicarum peritissimum fuisse, cum bellis cum Turcis gestis interfuisset. Cursus honorum, quos I. A. Davia est assecutus, usitatus fuit: Coloniae operam dedit principibus Germanis, imprimis non-catholicis, speculandis, Varsaviae rerum Turcicarum peritus factus est, Vindobonae in rebus Turcicis tractandis occupatus fuit. Mos erat, ut nuntii apostolici Vindobonenses munere expleto ad cardinalis dignitatem efferrentur.

Bartoszewski scripsit Daviam, cum in Polonię venisset, viris illustrissimis in re publica versantibus statim placere coepisse¹⁰. Sed idem Bartoszewski addidit eum animo simplici non fuisse: „Nuntium vidi, scripsit Georgius Chrysostomus Załuski; si sinceritatem tantam quantam mentem ac ingenium ostenderit, spem de eo optimam habere potuerimus ... Załuski indolem Daviae divinare videtur, nam ille virum callidum et astutum se praebuit”¹¹.

Davia nuntius apud Polonus factus primum inter alia res familiares curandas suscepit, quae ad munus eius in Polonia explendum magnam vim habuerunt. Nam familia Daviarum Ioannem Baptistam, Virgilii filium, captivitati Turcicae eripere longe frustra studuit. I. A. Davia per fratris uxorem, comitem d'Altamonte, quae erat matrona honoraria reginae Anglorum in aula Ludovici XIV, regis Francogallorum, rei illi intercessit. Rex Melchiori de Polignac, legato suo apud Polonus, mandavit Turcas ambire, ut Daviam iuvenem liberarent. Sed Polignac nihil profecit, qua re factum est, ut nuntius et legatus Francogallicus animo inter se parum amico fierent.

Sed cum I. A. Davia cognovisset satrapam Turcum ab electore Saxonico,

⁹ M. Pieroni Francini, Da Clemente XI a Benedetto XIV; il caso Davia. In: Rivista di Storia della Chiesa in Italia, 37: 1983, p. 445.

¹⁰ Cf. Jul. B. [Bartoszewski], Davia (Jan Antoni de Via). In: Encyklopedia Powszechna [Encyclopaedia Generalis], t. VI, Warszawa [Varsaviae] 1861, p. 815.

¹¹ Cf. Jul. B. [J. Bartoszewski], Davia (Jan Antoni de Via), ut supra.

qui postea Fridericus Augustus rex Polonorum fuit, in proelio apud oppidum Temeszwár captum esse¹², rogavit electorem, ut Ioannem Baptistam Turco permutaret. Ita factum est, ut Davia iuvenis post captivitatem trium annorum libertatem recuperaret. Qua re factum est, ut nuntius Davia animo erga electorem Saxonum grato esset, quae res maximi momenti est facta, cum Fridericus Augustus thronum Polonicum petiturus fidem Catholicam sequeretur.

Res, quam tractamus, vim habuit ad commencia nuntii cum legato Francogallico et Daviae cum Augusto II Robusto, postquam ille rex Poloniae factus est¹³. M. de Polignac, cum falsus principi Conti faveret, regis gratiam amisit et anno 1698 relegatus est in abbatiam in Bon-Port sitam, cuius commendatarius fuit. Polignac et cardinalis Radziejowski putaverunt principem Conti Davia auctore offensionem accepisse, cum nuntius Friderici Augusti conversionem die 2 mensis Iunii anno 1697 in Badena factam temere comprobaret¹⁴. Munera nuntii apud Polonus archiepiscopus Davia annos fere quattuor explebat. Alii diplomatici papales idem fere tempus in Polonia commorati sunt. Sed fuit tempus illud in Polonorum historia perquam turbulentum in internis externisque. Iam antea, cum Santa Croce nuntius Varsaviensis esset, controversiae ortae sunt inter Poloniam et Sedem Apostolicam ob potestates in abbatiis commendatariis datas, sed etiam ob iura tribunali nuntiaturae et nuntiis apostolicis concessa, quae non solum nobiles sed etiam viri summis honoribus ecclesiasticis fungentes moleste ferebant¹⁵.

Cum nuntius Varsaviam venisset, controversiis de abbatiis commendatariis et de potestatibus iuridicalibus nuntiaturae apostolicae (quibus praecipue viri in Ecclesia Polona summi resistebant¹⁶) nondum diiudicatis senatores consultaverunt, utrum ad regem admittendus esset, an non. Huc accedebat, quod cardinalis Radziejowski, iura sua retinere cupiens, ancipitem se praebebat.

¹² Anno 1696 Fridericus Augustus exercitui imperatorio in Hungaria praefuit.

¹³ G. Brizzi, Davia. Famiglia. In: DBI, vol. 33, p. 124; G. Brizzi, Davia Giovanni Antonio. In: DBI, vol. 33, p. 127–130; M. Guarnacci, Vitae et res gestae Pontificum Romanorum et S. R. E. cardinalium a Clemente X usque ad Clementem XII, t. II, Romae 1751, col. 167–170.

¹⁴ K. Piwarski, Prima commercia Augusti II cum Sede Apostolica. Ignota charta e historia diplomaticae Polonae. In: Politica Nationum 1937, p. (8).

¹⁵ ASV (Archivio Segreto Vaticano), Segr. Stato (Segreteria di Stato) Polonia 116 „Lettere di Monsig.r Nunz.o* in Polonia”, f. 326r. Copia epistulae Ioannis III Sobieski ad nuntium I. A. Davia datae, Varsaviae, V 1696; f. 326r-326v. Nuntius I. A. Davia ad Fabricium Spada, cardinalem secretarium Status, Romae 3 VII 1696; ASV, Segr. Stato, Polonia 112 „Innocenz. XII. Cifre colla Nunz.a di Pol.a da 11 Novemb.e a tutto 27 Decem.e 1699” f. 43v-44r. Cardinalis secretarius Status Fabricius Spada ad nuntium I. A. Davia, Romae 30 VI 1696. Abbreviationes adhibite secundum: Indice dei Fondi relativi mezzi descrizione e di ricerca, Città del Vaticano 2002.

¹⁶ L. Pastor, „Storia dei papi dalla fine del medio evo”, vol. XIV „Storia dei papi nel periodo dell’Assolutismo dall’elezione di Innocenzo X sino alla morte di Innocenzo XII (1644–1700)”, p. II „Innocenzo XI, Alessandro VIII, Innocenzo XII (1676–1700)”, Romae 1932, p. 497–498.

Eodem tempore, quo Davia in Polonię venit, mortuus est Ioannes III Sobieski rex, qui apud Vindobonam Turcas memorabili clade affecit (obiit Villa Novae die 16 mensis Iunii anno 1696). Regis obitus res semper erat Polonis maximi momenti, qua re factum est, ut diplomatici, non solum ii, qui tum Varsaviae munera sua explebant, in Polonię oculos converterent. Nuntio apostolico mors Ioannis III praecipua fuit, nam rex ille anno 1683 Turcis cladem intulit, quae ad populorum Europaeorum fata et Communitatē Christianam vim habuit maximam. Qua re factum est, ut Sedes Apostolica Ioanni Sobieski eiusque familiae semper gratiam haberet, quamquam diplomatici papales non ignorabant, quibus ille rebus adductus ante foedus cum imperio anno 1683 pactum consilia cepisset, cum etiam pacem cum Imperio Ottomano facere promptus imprimis id ageret, ut periculum Turcicum a Polonia defenderet. Quam ob rem Ioanne III rege mortuo nuntius familiae regiae curam habuit. Sed imprimis animum advertit ad novum regem deligendum atque ad Iacobum, Constantimum et Alexandrum Sobieski in diadematē regio petendo adiuvandos. Non defuerunt etiam alii regni candidati cum Sobiesciorum gente coniuncti, in quorum numero erat Maximilianus II Emmanuel, elector Bavanicus, maritus Cunegundis Sobieska¹⁷.

Nuntius operam dedit non solum rebus politicis, sed etiam controversiis in Sobiesciorum familia ortis, quibus factum est, ut Ioannis III filii facultatem regni adipiscendi amitterent, gens autem tota apud Polonus minus valeret. Sed Sobiescii etiam de hereditate contendebant, quam rex rei diligentissimus magnam reliquit. Nuntius per singula narravit de illa controversia, cui summi in re publica viri intererant. Aequa diligens fuit in Secretariatu Status de re familiari Sobiesciorum edocendo. Non ignoravit enim, quae illi praedia quoque statu possiderent et – inter alia – quanta numerata in arce Solkoviensi (Żółkiew) collecta asservarentur.

Sedes Apostolica gratiam habuit victoriae Vindobonensis auctori et post eius mortem operam dedit, ut diplomatici papales familiam Sobiesciorum adiuvarent¹⁸, e. g. cum Maria Casimira regina, Ioannis III vidua, Romae esset vel cum regis filii cum Augusto II Robusto controversias exercerent.

Nuntius, cum in Polonia esset, animum advertit ad contentiones gentis Sapieharum adversus nobiles et magnates Lithuaniae, in quorum numero gens Krispinorum fuit, sed etiam adversus hierarchos Lithuaniae, e. g. adversus

¹⁷ Z. Libiszowska, Gens Sobiesciorum in Europa post Ioannis III mortem. In: Sobótka, 35:1980, p. 360; E. Jastrzębska, Maria Casimira Sobieska de filio Iacobo candidato tempore interregni quomodo se gesserit, ex legati Polignac (1696–1697) nuntiis quaeritur. In: Sobótka, 35:1980, p. 360; S. Orszulik, Controversiae de Sobiesciorum tempore interregni 1696/1697 diadema regium potentibus. In: Sobótka, 35:1980, p. 342–343.

¹⁸ W. Kęder, Clarus Mons et mutationes politicae Reipublicae annis 1661–1813 factae. In: Studia Claromontana, t. 13, Clarus Mons 1993 (ed. 1994), p. 106.

Casimirum Brzostowski episcopum Vilnensem. Cui contentioni pugna illa calamitosa ad Olkienniki aliquot annis post facta finem imposuit.

Sed res illa antea initium cepit, cum Santa Croce nuntius apud Polonos esset. Anno 1696 nuntius Sedem Apostolicam certiorem fecit imprimis de bello confoederato in Lithuania gesto, ubi milites stipendio privati adversus Casimirum Sapieha turbaverunt. Postero tempore Lithuanorum discordiae, cum bellum septentrionale ortum esset, ad Reipublicae interna vim habuerunt magnam.

Certamen, quod fuit Benedicto et Casimiro Sapiehis cum Constantino Casimiro Brzostowski episcopo Vilnensi, Ioanne Kryszpin episcopo Samogitiensi et Andrea Kryszpin palatino Vitebscensi, nuntius neglegere non potuit, cum tempore belli domestici in Lithuania gesti milites Sapiehae hetmano fideles praedia ecclesiatica saepe popularent in iisque castra hiberna ponere solerent. Quam rem Sedes Apostolica moleste tulit.

Davia, cum in Poloniā venisset, mediatorem se interposuit et quamvis primo frustratus postea prospero successu rem ad finem perduxit. Quod ad regem eligendum pertinet, Secretariatus Status id egit, ut Davia medium se gereret atque daret operam tantum, ne dissentientes in sacris regnum peterent. Qua de re nuntius Secretariatum Status saepe docuit. Fortasse Sedes Apostolica metuit, ne nuntius Francogallis alienus et contra Saxonum ob fratris filium servitute liberatum studiosus rebus suis noceret.

Diplomatici papales, cum de rege Polonorū eligendo ageretur, monebant bellum Turcicum continuari atque fidem catholicam contra haereticos schismaticosque defendendam esse¹⁹. Nuntius plurima edocuit de iis, quae ante comitia convocativa facta sunt, deque ipsorum comitiorum eventu²⁰, postea autem de electione controversiisque, quas illa movit. Praecipuam operam dedit Augusto Wettn, qui, cum Saxonia evangelica oriendus esset et sero petere coepisset, catholicus factus est et contra spem omnium triumphavit.

Quod ad res populos Europaeos spectantes pertinet, Polonis gravissimum fuit bellum Turcicum, cui pace Carloviciensi anni 1699 facta finis impositus est. Respublica primum secundas partes egit, sed eventus certaminis magni fuit momenti, cum Poloni id agerent, ut terras anno 1672 annisque insequentibus a Turcis captas reciperent. Cum Sedes Apostolica rebus Turcicis praecipuam daret operam, nuntiatura Varsaviensis, quamquam minus valuit quam Vindobonensis, tamen munera explevit gravia. Non est igitur mirandum nuntium de rebus Turcicis orientalibusque plurima in litteris suis narravisse.

Davia, cum adhuc in Polonia esset, die 10 mensis Mai anno 1698 archiepiscopus Ariminensis factus est. Munere diplomatico apud Polonos

¹⁹ L. Pastor, „Storia dei papi...”, vol. XIV, pars II, p. 498.

²⁰ Diarium convocationis sub tempus interregni post fata Serenissimi Regis Ioannis III indictae pro die 29. Augusti 1696. ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 613r-627v.

expleto die 26 mensis Aprilis anno 1700 Vindobonam missus est. Munus Vindobonense, sicut Parisium et Matritense, honorificentissimum fuit diplomaticis papalibus, qui post illa munera expleta ad cardinalis dignitatem efferrebatur. Quo tempore nuntii Vindobonensis munus difficile erat, nam Sedes Apostolica et Vindobona inter se discordabant. Anno 1701 Clemens XI papa indignatus est, quod elector Brandenburgensis rex Prussiae creatus est, sed Fridericus I Hohenzollernus a Leopoldo I imperatore adiuvabatur, qua re factum est, ut Imperium Sedi Apostolicae alienum esset.

Cum Davia Vindobonae esset, in Hispania bellum de throni successione ortum est, quod simultates, de quibus supra diximus, auxit. Subitum consecutum est anno 1705, cum rex Hispanus crearetur. Cum imperator Horatium Philippum Spada nuntium extraordinarium accipere noluisset, Leopoldus von Lamberg, legatus imperatorius, Romam relinquere coactus est. Qua re facum est, ut Ioannes Antonius Davia nuntius die 15 mensis Iulii anno 1705 Austriae urbe principi proficiseretur.

L. von Pastor de Davia expulso scripsit haec: „[Davia] Benchè uomo distinto, combattente prima con la spada contro i turchi ed entrato poi per consiglio di Innocenzo XI nella carriera ecclesiastica, egli cadde a Vienna in disgrazia, perchè secondo l'istruzione papale del 1705 non volle riconoscere l'arciduca Carlo come re di Spagna”²¹.

Davia, cum Vindobona reversus esset, dioecesim suam regendam suscepit et curator bonus ac diligens fuisse ab incolis putabatur. Cum dioecesim regeret, annis 1711 et 1724²² duas synodos dioecesianas peregit. Davia et Valentino Gonzaga episcopo auctoribus factum est, ut Ariminenses litteris artibusque maiore opere vacarent²³. Davia autem scientiis provehendis operam dedit, cum caelum observaret et experimenta varia perageret, quin etiam epistularum commercia habuit cum doctis Italis exterisque, in quorum numero E. Manfredi et F. Bianchi quoque fuerunt.

Cum e podagra laboraret, die 7 mensis Decembris anno 1726 dioecesis Ariminensis curam omisit et Romam revertit. Mense Augusto anno 1715 legatus pontificius Urbinateensis, die autem 12 mensis Aprilis anno 1717 legatus Romaniae factus est²⁴. Cum dioecesim Ariminensem regeret, in consistorio die 18 mensis Mai anno 1712 habito a Clemente XI papa (1700–

²¹ L. Pastor, „Storia dei papi dalla fine del medio evo”, vol. XV „Storia dei papi nel periodo dell'Assolutismo”, „Dall'elezione di Clemente XI sino alla morte di Clemente XII (1700–1740)”, Roma 1932, p. 268.

²² Synodus dioecesana Ecclesiae Arminensis ab il. Et rev. D. I. A. Devia ... habita in Ecclesia cathedrali ... anno 1711, Rimini [1713]; Synodus dioecesana Ecclesiae Arminensis ab Em. Et Rev. S. R. E. cardinali J. A. Davia, Rimini 1724.

²³ La città di Rimini: <http://www.queen.it/città/rimini/storia>

²⁴ Ch. Weber, Legati e governatori dello Stato Pontificio (1550–1809), Roma 1994. *Publicationi degli Archivi di Stato. Sussidi 7*, p. 370, 419, 613.

1721) cardinalis presbyter creatus est et basilicam Sancti Callisti titularem accepit, die 19 mensis Novembris anno 1725 basilicam Sancti Petri in Vinculis, die autem 11 mensis Februarii anno 1737 basilicam honorificam Sancti Laurentii ad Viam del Corso sitam.

Davia cardinalis, cum Romae esset, in curia multa munera explevit, cum socius esset Congregationis Sancti Officii, Congregationis Episcoporum et Regularium, Congregationis Immunitatis et Congregationis de Propaganda Fide. Fuit quoque cardinalis-protector Angliae et Poloniae, quarum civitatum rebus apud Sedem Apostolicam studuit. Idem fecit, quod attinet ad Bononiam et Ordinem Cisterciensium²⁵.

Davia cardinalis conclavibus annis 1721, 1724 et 1730 habitis interfuit atque operae non pepercit, ut ea feliciter peragerentur. In conclavi anno 1721 habito, quod Innocentium XIII pontificem maximum creavit, in numero candidatorum fuit, quibus imperator favere putabatur. Candidatus fuit etiam in conclavi anno 1730 habito, sed cum iansenistarum studiosus rumoribus ferretur, impeditus est, quominus pontifex maximus fieret.

Sed iansenistarum studium diu Daviae obiciebatur, imprimis cum internuntius Bruxellensis esset, quae res in cursu honorum diplomatico obstaculo ei erat. Davia mortuo iansenistarum commentarii, qui „Nouvelles Ecclésiastiques” vocabantur, aperuerunt Daviam cum Colberto de Croissy episcopo Pessulano, iansenista illustrissimo, epistularum commercium habuisse. Cui opinioni vehementer repugnavit Prosper Lambertini Bononiensis, postea Benedictus IV pontifex maximus, Daviae eiusque familia amicus²⁶.

Ioannes Antonius Davia postremos vitae annos Romae degit, ubi die 11 mensis Ianuarii anno 1740 obiit. Tumulatus est in sua basilica titulari Sancti Laurentii in Lucina ad Viam del Corso sita, in capella beati Francisci Carracciolo. Benedictus XIV pontifex maximus (Prosper Lambertini), Daviae amicus, anno 1742, qui erat pontificatus eius annus secundus, in basilica illa in transitu navis dextrae, qui ad sacristiam dicit, imaginem Daviae sculptam ponit iussit atque tabulam, in qua cardinalis virtutes ac merita laudantur:

D. O. M.

IOHANNI ANTONIO DE VIA BONONIENSI

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI

VIRO

RELIGIONI ANIMI CANDORE ET MULTIPLICI DOCTRINA

CLARISSIMO

²⁵ L. Cardella, Memorie storiche de' cardinali della Santa Romana Chiesa scritte da..., t. VIII, Roma 1749, p. 121; D. Squicciarini, Nunzi apostolici..., p. 152–154.

²⁶ F. Petrucci della Gattina, Histoire diplomatique des conclaves, vol. IV, Bruxelles 1866, p. 6, 71; L. Pastor, „Storia dei papi dalla fine del medio evo”, vol. XIV „Storia dei papi nel periodo dell’Assolutismo”, vol. XV „Dall’elezione di Clemente XI sino alla morte di Clemente XII (1700–1740)”, Romae 1932, p. 652–654.

IN ECCLESIASTICIS AEQI AC POLITICIS NEGOTIIS
 INTEGERRIMO
 BENEDICTUS XIII PONT. MAX.
 CIVI OPTIMO ET AMANTISSIMO
 PERPETUUM HOC AMORIS SUI MONUMENTUM
 POS
 PONTIFICATUS ANNO II
 OBIIT III ID IAN. MDCCXL AET. ANN. LXXIX M. II D. XIX

2. **Fontes Ioannis Antonii Daviae nuntiaturam illustrantes**

Plurimi fontes ad Daviae nuntiaturam (VI 1696–VII 1700) pertinentes asservantur in Vaticano in **Archivio Segreto Vaticano**, imprimis in **Segreteria di Stato**, ubi asservantur plurima documenta ad diplomaticam Sedis Apostolicae pertinentia. Plurima documenta ad Daviae nuntiaturam pertinentia inveniuntur in **Segreteria di Stato. Polonia** (Segr. Stato, Polonia). In actis nuntiaturae Polonae asservantur documenta Daviae nuntii, quorum volumina sunt haec:

- Ms. **112**, „Innocenz. XII. Cifre colla Nunz.a di Pol.a da 11 Novemb.e 1692 a tutto 27 Decem.e 1699”, f. 43v-50v. Quod volumen continet regestra nuntiorum properorum decifradorum, qui a Secretariatu Status ad nuntium Daviam inde a die 30 VI 1696 usque ad diem 17 IV 1700 missi sunt. Quod volumen continet 47 nuntios properos.

- Ms. **116**, „1696. Lettere di Monsig.r Nun.z.o in Polonia”, f. 217-221, 246r-246v, 256r, 282r, 316r-322v, 326r-327r, 351r-777v. Quod volumen continet 177 autographa epistularum aliorumque documentorum, in quibus est relatio de comitiis convocativis (613r-627v). Documenta illa pertinent ad epistularum commercium, quod Davia cum Secretariatu Status inde a die 1 V 1696 usque ad diem 25 XII 1696 habuit.

- Ms. **117**, „Innoc.o XII. Cifre colla Nunziat. Di Polonia da Genn.o 1696 a tutto 9 Giu.o 1700”, f. 76r-152r. Quod volumen continet 38 nuntios properos decifratos ab I. A. Davia ad Secretariatum Status missos, in quorum numero sunt etiam litterae: cardinalis Radziejowski die 24 V 1697 datae (f. 137r), Friderici Augusti Electoris Saxonici die 4 VI 1697 datae (f. 140r) et Christiani Augusti ducis Bavarii s. d. (f. 152r), inde a die 17 VII 1696 usque ad diem 25 VI 1697, f. autem 153r-283v, 361r-396r continet 63 autographa nuntiorum properorum et nuntiorum properorum decifradorum a nuntio ad Secretariatum Status inde a die 2 VII 1697 usque ad diem 24 III 1700 datorum; non desunt litterae ab aliis scriptae, e. g. a cardinale Radziejowski die 11 VII 1697 (f. 195r) ad nuntium et unum scriptum typis impressum²⁷.

²⁷ ASV, Segr. Stato, Polonia 117, f. 204r-204v. Oblata Varsaviae „Oznaymienie Krola

– Ms. **118** „1697. Lettere di Mons.r Nun.o in Polonia Mons.r Davia e di Gaetano de Ovis e Agostino Cati Ministri Ap.lici”, ff. 636v, continet autographa 250 nuntiorum properorum a Davia, Caietano de Ovis et Augustino Cati (qui nuntii Davia Varsaviae absente scripti sunt) ad Secretariatum Statum inde a die 1 I usque ad diem 31 XII 1697 missorum. Quod volumen continet etiam scripta typis impressa, quae per occasionem regis eligendi in Polonia publicata sunt²⁸.

– Ms. **119** „1698. Lettere di M.r Nun.o in Polonia”, ff. 660v, continet autographa 271 nuntiorum properorum a Davia, sed etiam a Caietano de Ovis et Augustino Cati ad Secretariatum Status inde a die 1 I usque ad diem 30 XII 1698 missorum. Quo in volumine asservantur etiam scripta typis impressa ad regem Polonorum eligendum pertinentia²⁹.

– Ms. **121** „1699. Lettere di Mons.r Nun.o in Polonia”, ff. 759v, continet autographa 301 nuntiorum properorum a Davia, sed etiam a Caietano de Ovis, tempore, quo nuntius a Varsavia aberat, ad Secretariatum Status inde a die 6 I usque ad diem 29 XII 1699 missorum. Quo in volumine asservatur una epistula typis impressa a primate Radziejowski ad fideles data³⁰.

– Ms. **122** „1700. Lettere di M.r Nun.o in Polonia. Mons.r Davia. Mons.r Pignatelli”, f. 1r-226v, 230r-233v, 235r-248v, 253r-254v, 260r-262v, 264r-274r,

Nowo Obranego na Seymie Walnym Elekcley między Warszawą a Wolą dnia 27ma Junij Anno 1697” (sigillum siccum).

²⁸ ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 327r-328v „Ad invictissime Reipublicae ordines Universos Expositio. Pro Serenissimo Principe Ludovico Marchione Badeni”; f. 329r-332v „Propositiones ad Serenissimam – ac Potentissimam Polonorum Rem-publicam Serenissimi Electoris Palatini, utriusq. Bavariae –Juliae – Cleviae – & Montium Ducis pro Serenissimo Principe Carolo Duce Neoburgico, Fratre Suo Germano”; f. 333r-334v „Propozycye Najaśnieyszego Krola Imości Francuskiego do Najaśnieszey Rzeczypospolitey Polskiej na przyszłą elekcyą”; f. 335r-342v „Propozycye do Naiaśn. Rzeczypospolitey Polskiej Xiażecia Iegomości Livii Odeschalky, Innocentiusza XI. Synowca, Ceryiskiego, Bravianskiego, Paliskiego Xiażecia, Roncofredii Margrafa, Monteianu Hrabi, Dobr swoiej Familii w Xięstwie Mediolanskim Iednego, Wolnego, y Ostatniego Dziedzica” [Polonice et Latine]; f. 345r-346v „Proposicye które Naiaśniejszy Krolewicz Imśc Polski Jakub, pro Bono & commodo in commune Naiaśniejszej Rzeczy. ptey Polskiej według intimacyey Xcia Imci Posła Cesarza Iegomości Chrześciańskiego praelo exprimi obiecane, iako Koncurrent do Korony, ofiaruię, y Sacrosanctae & inviolabiliter dotrzymać vovet” [Polonice et Latine]; f. 564r-565v „Franciscus Ludovicus de Burbon, Princeps de Conti, Dei Gratia & affectu inclytarum Nationum Serenissimae Reip. Polonae & M. D. L. In Regem electus”; f. 566r-567v „Bulla Sixti V. De non Coronandis Regibus Haereticis Sextus Episcopus Servorum Dei”; f. 599r-600v „Literae a Magistratu Gedanensi ad M. D. Polignac Legatum Galliae Illustrissime, reverendissime, & Excellentissime Domine Domine Gratiosissime”.

²⁹ ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 50r-51v „Copia Litterarum sacrae regiae Majestatis ad Eminentissimum Cardinalem Primatem Regni [Varsaviae] 22 Mensis Ianuarii 1698 August. Responsoriae Sacra Regia Maiestas, Squierieviciis die 24 Ianuarii 1698”.

³⁰ ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 193r-193v „Michael S. R. E. Tit. S. Mariae de Pace Presbyter Cardinalis Radziejowski Archiepiscopus Gnesensis, etc. ..., Varsaviae ... Die 31 Mensis Martii Anno Domini 1699” [epistula ad fideles de pace cum Turcis facta].

286r-299r, 311r-312v, continet autographa 119 nuntiorum properorum Daviae et Caietani de Ovis auditoris nuntiaturae, qui Davia Varsaviae absente scripti sunt ad Secretariatum Status inde a die 4 I usque ad diem 14 VII 1700.

– Ms. 188 „Lettere scritte a Mons.r Nun.o in Polonia dal p.o Gen.o 1693 a t.o Sett. 1700. 1693. Registro di lettere scritte dal S.r Card.l Spada a Mons.r Santa Croce Arc.o di Seleucia Nun.o Ap.o in Polonia”, f. 301r „1696. Registro de lettere scritte dal S.r Card.l Spada a Mons.r Santa Croce, et a Mons.r Da Via. Varsavia”. f. 316r-726r, continet regestra 722 nuntiorum properorum a Secretariatu Status ad nuntium Davia inde a die 7 VII usque ad diem 7 VIII 1700 missorum.

– Ms. 355 [sine titulo], ff. 189v, continet autographa 165 nuntiorum properorum a card. Fabricio Spada secretario status ad Daviam inde a die 5 I usque ad diem 28 XII 1697 missorum. Continet etiam scripta typis impressa³¹.

– Ms. 356 [sine titulo], ff. 250v, continet autographa 162 nuntiorum properorum a card. Fabricio Spada secretario status ad Daviam inde a die 11 I usque ad diem 27 XII 1698 missorum. Continet etiam scripta typis impressa³².

– Ms. 357 [sine titulo] f. 5r-164v, continet autographa 144 nuntiorum properorum a Secretariatu Status ad nuntium inde a die 21 III 1699 usque ad diem 31 VII 1700 missorum. Continet etiam scripta typis impressa³³.

³¹ ASV, Segr. Stato, Polonia 3555, f. 108r-108v „Editto...”, patentes Leopoldi V imperatoris die 29 Aprilis 1697, Vienna (Patentes ad Vassallos in Italia ratione Feudorum Imperialium subticitorum) cum additamento card. Altieri della S. R. C. Camerlengo die 17 mensis Junii 1697, Roma; f. 135r „Insignia, Nomina, Cognomina, Dignitates & Patriae Eminentissimorum & Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium, a Sanctissimo D. N. Innocentio Papa XII creatorum ... die 22. Julij Anno 1697”.

³² ASV, Segr. Stato, Polonia 366 f. 119r-136v „Summarium. Sac. Congregatione Consistoriali Polonica praetensae Confirmationis Concordiae. Pro Ven. Monasteriis, & Monachis Ordinis Cisterciensium Regni Poloniae, nec non Rev. P. Procuratione Generali eiusdem Ordinis”, Romae 1687; f. 137r-152v „Polonica praetensae Confirmationis Concordiae. Sac. Congregationis Consistoriali. Polonica praetensae Confirmationis Concordiae. Pro Ven. Monasteriis, & Monachis Ordinis Cisterciensium Regni Poloniae, nec non Rev. P. Procuratione Generali eiusdem Ordinis. Contra Instigatorem Fiscalem, aliasque Regios Ministros Poloniae. Facti”, Romae 1687; f. 153r-160v „Relatio Super statu, & gestis circa Abbatia Regulares Poloniae, data in Congregatione Particulari, deputata a Sanctiss. D. N. I. Innocentio XII. 20. Aug. 1691”, Romae 1691; f. 161r-178v „Summarium. Sacra Congreg.ne Consistoriali Polonica praetensae Commendae Monasteriorum. Pro RR.mis. Abbatibus, Monasteriis, & Monachis Ordinis Cisterciens. Regni Poloniae, nec non Reverendiss. Procuratore Generali eiusdem Ordinis”, Romae 1685; f. 179r-188v „Polonica praetensae Commendae Monasteriorum. Sacra Congreg.ne Consistoriali Polonica praetensae Commendae Monasteriorum. Pro RR.mis. Abbatibus, Monasteriis, & Monachis Ordinis Cisterciens. Regni Poloniae, nec non Reverendiss. Procuratore Generali eiusdem Ordinis. Contra Instigatorem Fiscalem, aliasque Regios Ministros Poloniae. Facti”, Romae 1685.

³³ ASV, Segr. Stato, Polonia 357, f. 59r-59v „Suspensio Quarumcunque indulgentiarum durante anno Universalis Jubilaei Millesimo septingesimo”, Romae 1699; f. 94r-101v

- Ms. **Add.** [Additamenta] 4 „Polonia Add. IV. Varia 1650–1699”, fasc. 7, s. f. continet „Memoril [!] di cose viste dal Sig.r Card.e Da Via durante toccanti l’elezione del re di Polonia 1697”.

In parte **Segreteria di Stato, Avvisi** (Segr. Stato, Avvisi) asservantur etiam scripta ad Daviae nuntiaturam pertinentia in manuscriptis his:

- Ms. **58** „Avvisi. 1695. 96”, 317r-317v, s. p. [326r-326v], 340r-340v, 350r-350v, 398r-398v, 432r-432v. Quod volumen continet 19 nuntios properos e Polonia inde a die 4 I usque ad diem 18 XII 1696 missos.

- Ms. **60** „Avvisi 1697”, f. 19r-19v, 27r-27v, 36r-36v, 56r-56v, 71r-71v, 96v, 106r-106v, 107r-108v, 112r-112v, 142r-142v, 152r-152v, 154r-154v, 186v, 192r-192v, 195r-195v, ubi asservantur 15 nuntii properi e terris Reipublicae, imprimis Varsavia inde a die 1 I 1697 usque ad diem 28 X 1697 missi.

In **Archivio della Nunziatura Apostolica in Varsavia** (Arch. Nunz. Varsavia) asservantur documenta ad Daviae nuntiaturam pertinentia haec:

- Ms. **179** „Liber expeditionum gratia[lacuna]m concessarum tempore Ill.mi & R[lacuna] Domini D.ni Ioannis Antonii De Via Archiepiscopi Thebarum per [lacuna] & Magnum Ducatum Lithuaniae cum facultatibus legati de latere Nunzii Apostolici”. Adalbertus Skwarczyński cancellarius manu propria, ff. 159, continet regestrum eorum, quae nuntiatura inde a die 6 VIII 1696 usque ad diem 13 VI 1700 egit.

In collectione, quae **Fondo Albani** vocatur, aservantur documenta ad Daviae nuntiaturam Polonam pertinentia haec:

- Ms. **193** „CLFM. XI. Polonia. T.”, f. 16r-27r. regestra epistularum datarum ad primatem Radziejowski, episcopos Polonus, senatores, legatos et nobiles, quibus tractatur de Ioannis III Sobieski mortui successore eligendo.

In **Archivio Concistoriale** (Arch. Concist.) in parte **Processus Consistoriales** (Processus Consist.) Archivii Vaticani asservantur documenta pertinentia ad processus informativos candidatorum ad sedes episcopales efferendorum:

- Ms. **91** „Processus Anni 1697”, f. 85r-94v, processus informativus Nicolai Stanislai Święcicki, commendatarii abbatiae Canonicorum Regularium Lateranensium Tremesnensis, ad episcopatum Kiioviensem anno 1696 efferendi.

- Ms **93** „Processus Anni 1699”, processus informativi episcoporum:

„Sanctissimi Domini Nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papae XII. confirmatio, Innovatio, & Extensio Constitutionis Aleksandri VII de datis, & promissis pro Iustitia, vel Gratia apud Sedem Apostolicam obtainenda”, Romae 1700; f. 152r-152v „Insignia, Nomina, Cognomina, Dignitates & Patriae Eminentissimorum & Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium, a Sanctissimo D. N. Innocentio Papae XII creatorum ... die 21. Iulij Anno Iubilei 1700”.

f. 105r-114v, processus Nicolai Wyżycki abbatis Cervensensis anno 1696 ad episcopatum Culmensem efferendi; f. 404r-413v, acta processus informativi Ludovici Załuski suffragani Premisliensis ad episcopatum Plocensem anno 1698 efferendi; f. 414r-426v, acta processus informativi Nicolai Stanislai Święcicki epi Camenensis ad episcopatum Posnaniensem anno 1698 efferendi; f. 519r-532v, acta processus informativi Andreeae Chrysostomi Załuski epi Plocensis ad episcopatum Varmiensem anno 1698 efferendi.

– Ms. 94 „Process. annor. 1700, 1701”, f. 150r-285r continet processus informativos virorum annis 1698–1700 ad episcopatum efferendorum: f. 150r-159v, processus informavitus Stanislai Dąmbski epi Władislaviensis Ioanne Małachowski epo Cracoviensi mortuo ad episcopatum Cracoviensem anno 1699 efferendi; f. 171r-182v, processus informavitus Constantini Zieliński suffragani Gnesnensis, epi titularis Hieropolitani Constantino Lipski aepo Leopolitano mortuo ad archiepiscopatum Leopolitanum anno 1698 efferendi; f. 274r-286v, processus informavitus Stanislai Szembek suffragani Cracoviensis, epi titularis Dionisii, qui ad episcopatum Władislaviensem mense Iulio anno 1700 elatus est, cum Stanislaus Dąmbski epus Władislaviensis Ioanne Małachowski epo Cracoviensi mortuo episcopatum Cracoviensem accepisset.

In **Segreteria dei Brevi** (Sec. Brev.) in parte **Registra Brevium** asservantur documenta ad Daviae nuntiaturam Polonam pertinentia haec:

– Ms. 1932 „1696. Innoc. XII Februariu. Pars II“. In charta titulum exhibente: „Februarius 1696. Pars 2. a” f. 15r-21r, 23r, 25r-25v, 27r-27v, 29r-29v, 31r-31v, 33r-33v asservantur regesta litterarum, quae Roma in Polonię missa sunt, quibus de nuntiatura Varsaviensi a Davia ineunda tractatur.

In **Biblioteca Apostolica Vaticana** in parte **Barberini Latini** (Barb. Lat.) documenta ad Daviae nuntiaturam Polonam pertinentia asservantur in manuscriptis his:

– Ms. 6664 „Nunzii 1681–1703”, f. 124r-185v continet 24 epistulas nuntii inde a die 4 III 1696 usque ad diem 24 VII 1700 ad cardinalem C. Barberini datas.

– Ms. 6672 „Polonia. 1697–1700”, ff. 332 continet nuntios, „avvisi” inde a die 11 V 1697 [p. 35] usque ad diem 17 III 1700 missos a Davia Romam ad cardinalem Barberini imprimis Varsavia, sed etiam Cracovia, Leopoli, Brzeżany et Rawa. Quo in manucripto leguntur etiam nuntii Lutetia Parisiorum vel Vindobona (Gio Battista Romanini f. 17) missi, qui pertinent ad res Polonicas (scil. ad regem eligendum et ad principem Conti thronum Polonicum petentem). Quo in volumine „avvisi” continente leguntur 169 nuntii ad cardinalem Barberini missi, nomina autem omnium fere auctorum omissa sunt.

In Archivio della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli (olim Archivium Sanctae Congregationis de Propaganda Fide) documenta ad Daviae nuntiaturam pertinentia asservantur haec:

In parte „Scritture Riferite nei Congressi:

– **2** „Scritte. e Riferite nei Congressi. Moscova, Polonia, e Ruteni dal 1675 a tt.o il 1699, f. 520r-520v, 531r-532v, 536r-538v, 540r, 576r-578v continet 6 epistulas a Davia inde a die 16 VII 1696 usque ad diem 9 VIII 1698 datas.

– **3** „Scritture Riferite nei Congressi. Moscova, Polonia e Ruteni. Dal 1700 a tt. o 1719”, f. 11r-24v asservantur 5 epistulae a Davia inde a die 19 V 1700 usque ad diem 16 VI 1700 ad cardinalem Barberini datae.

In parte „Litterae”

– **85** „Lettere della S. Cong.ne e di M.r Segr.io dell' anno 1696”, f. 44r „Lettere per monsignor Segretario del 1696”, f. 18v, 23r-23v, 26r-26v, 51v-52r, 61v-62r, 65r-65v asservantur 6 epistulae a Davia inde a die 9 I 1696 usque ad diem 7 V 1696 ad Congregationem de Propaganda Fide datae.

– **86** „Lettere della S. Congreg.ne e di Monsig.r dell'Anno 1697”. „Lettere per la Sa. Congregatione 1697”. f. 7r-7v, 34r-34v. Litterae inde a die 11 III 1697 usque ad diem 12 VI 1697 datae sunt. „Lettere per Mons.re dell'anno 1697”, f. 113r, 114r-114v, 124r-124v, 133r-133v, 153v-154r, 170r-170v, 170v-171v, 175v-176r, 177v-178r, 217r-217v, 277v-278r, f. 193r-193v ad Sebastianum Accorsi Leopoli 22 VI 1697; asservantur 9 epistulae a Davia ad Congregationem de Propaganda Fide eiusque secretarium datae et 3 epistulae ad Secretariatum Status inde a die 9 III 1697 usque ad diem 20 VII 1697 datae.

– **87** „Lettere della Sa. Congre. di M. Segret. Dell'Anno 1698”. „Lettere della Sac.a Congreg.ne dell'Anno 1698”, f. 9r-9v, 19r-19v, 19v-21r, 62v-63r, 63v-64r, 66r-66v, 76r-79v, f. 90r „Lettere di Mons.r Segr.io dell'Anno 1698”, f. 148r-148v, 176r-176v, 187r-187v, 199v-200v, continet 9 nuntios properos inde a die 3 III 1698 usque ad diem 22 XI 1698 missos.

– **88** „Lettere della Sa. Cong.ne di Mons. Seg. Dell'Anno 1699”, f. 9r-10v, 22r-22v, 46v-47r, 68r-68v, 75r-75v, 79r-79v, 107r-107v, 137r-138r, 152r-152v, 171r-172r, 178v-179v, 192v-193r, continet 12 nuntios properos inde a die 20 I 1699 usque ad mensem VIII 1699 missos.

– **89** „Lettere della Sac.ra Cong.ne di Mons.re Segr.io dell' Anno 1700”, f. 7v-8v, 13v-14v, 42v-43r, 52v-53v, 53v-54v, hoc loco Taranto: 55, 59, 89, 92, 99, 100, 116, 134, 189, 210, 224, 249, 254r-254v, continet nuntios properos inde a die 8 II 1700 usque ad diem 5 VII 1700 missos.

**ITINERARIUM
NUNTII IOANNIS ANTONII DAVIA 1696-1700**

1696

- 4 III – Colonia (ASV, BAV, Barb. Lat. 6664, f. 124r-124v)
 1 V – Francofurtum (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 217r-217v, 221r)
 10 V – Norimberga (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 246r-246v)
 19 V – Vindobona (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 256r)
 3 VI – Olomucium (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 282r)
 16 VI – Cracovia (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 316r-316v)
 26 VI – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 116, f. 351r)

1697

- 29 VII – Przykop, locus in Varmia situs (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 409r-409v)
 2 VIII – Fraumberga (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 412r)
 9 VIII – Gedanum (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 423r)
 22 VIII – Fraumberga (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 453r)
 24 IX – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 250r)
 24 X – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 481r)
 9 XI – Mestovia (Mstów) (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 577r-577v)
 21 XII – Nissa (Nysa) (ASV, Segr. Stato, Polonia 118, f. 632r-632v)

1698

- 1 I – Praga (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 1r-1v)
 27 III – Glatz (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 143r-143v)
 31 III – Wratislavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 146r)
 15 IV – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 168r)
 19 VIII – Leopolis (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 451r)
 17 IX – Jaworowa (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 509r)
 23 IX – Leopolis (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 520r)
 20 X – Casimiria (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 646r-646v)
 22 X – Casimiria (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 536r-536v)
 28 X – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 119, f. 539r)
 4 XI – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 117, f. 361r)

1699

- 6 I – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 146r)
 13 IX – Brestia Cuiaviensis (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 552r)

XXII

- 20 IX – Mogilna (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 559r-559v)
29 IX – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 564r)
22 X – Lessna (Leszno) (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 608r)
2 XI – Dresda (ASV, Segr. Stato, Polonia 121, f. 146r)

1700

- 4 I – Dresda (ASV, Segr. Stato, Polonia 122, f. 1r)
12 I – Lipsia (ASV, Segr. Stato, Polonia 122, f. 17r)
8 II – Dresda (ASV, Segr. Stato, Polonia 122, f. 63r)
24 III – Praga (ASV, Segr. Stato, Polonia 122, f. 149r)
7 IV – Varsavia (ASV, Segr. Stato, Polonia 122, f. 166r)

**INDEX FONTIUM
qui in hoc volumine publicantur**

Archivio Segreto Vaticano (ASV)

Segreteria di Stato, Polonia (Segr. Stato, Polonia)

ms. 112, f. 43v-50v.
ms. 116, f. 217r-221r, 246r-246v, 256r, 266r-268r,
282r, 316r-322r, 351r-777v.
ms. 117, f. 76r-106v.

Archivio della Nunziatura Apostolica in Varsavia (Arch. Nunz. Varsavia)

ms. 179, f. 1r-26v.

Avvisi (Segr. Stato, Avvisi)

ms. 58, f. 317r-317v [sine paginis 326v, 326'-326'v],
340r-340v, 350r-350v, 398r-398v, 432r-432v.

AC Proc. Consistoriales (Arch. Concist., Processus Consist.)

ms. 91, f. 85r-94r.
ms. 93, f. 105r-114v.

Secretariatus Brevium (Sec. Brev.)

ms. 1932, f. 15r-33v.

Fondo Albani

ms. 193, f. 16r-27r.

Biblioteca Apostolica Vaticana (BV)

Barberini Latini (Barb. Lat.)

ms. 6666, „Nunzii 1681–1703”, f. 124r-137r.

Archivio della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli (CPF)

Scritture Riferite nei Congressi (Scritt. Rif. Congr.):

– 2, f. 520r-520v, 526r-526v.

Litterae:

– 85, f. 18v, 23r-23v, 26r-26v.

**OPERA
in quibus scripta Ioannis Antonii Davia publicata sunt**

Davia Ioannes, Oratio habita in regiae electionis comitiis Varsaviae, die 4 Junii 1697, s.l.d.

Epistolae Metropolitarum (Kioviensium), collegerunt, illustrarunt et introductione auxerunt R. P. Theodosius T. Haluščynskyj, P. G. Athanasius Welykyj OSBM, T. III, Romae 1965, p. 199-200 (Analecta OSBM, Sectio III).

Monumenta historiques relatifs aux règnes d'Alexis Michaélowitch, Fédor III et Pierre le Grand, czars de Russie, extraits des Archives du Vatican et de Naples par Augustin Theiner, Roma 1859, p. 368-381.

Monumenta Ucrainae Historica, T. IV, collegit metropolita Andreas Šeptyckyj, Romae 1967, p. 240-290 (Editiones Universitatis Catholicae Ucrainorum S. Clementis Papae); T. XII, Romae 1975, p. 619 (Editiones Universitatis Catholicae Ucrainorum S. Clementis Papae).

Šmurlo Evgenij, Recueil de documents 1693–1700, relatifs au règne de l'Empereur Pierre le Grand, Youriev 1903, p. 105-639.

Vetera Monumenta Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae gentiumque finitimarum historiam illustrantia, ed. Augustinus Theiner, T. III: A Sisto PP V usque ad Innocentium PP XII, 1585–1696, Romae 1863, p. 762.

Litterae S. C. De Propaganda Fide Ecclesiam Catholicam Ucrainae et Bjelarusiae spectantes, collegit et adnotationibus illustravit P. Athanasius G. Welykyj OSBM, T. II, Romae 1956, p. 217-229 (Analecta OSBM, Sectio III).

FONTES ET STUDIA AUXILIARIA

- Brizzi Gianpaolo, Davia [familia]. In: DBI, vol. 33, Roma 1897, p. 124-125.
- Brizzi Gianpaolo, Davia Giovanni Antonio. In: DBI, vol. 33, p. 127-130.
- Cardella Lorenzo, Memoriali storiche di Cardinali della Santa Romana Chiesa, VIII, Roma 1749, p. 119-122.
- Dizionario Biografico degli Italiani, vol. I, Roma 1960-.
- Gisondi Francesco Antonio, Innocenzo XII Antonio Pignatelli (Spinazzola 1615 – Roma 1700), Roma 1994.
- Guarnacci Mario, Vitae et res gestae pontificum Romanorum et S. R. E. cardinalium a Clemente X usque ad Clementem XII scriptae a Mario Guarnacci..., quibus perducitur ad nostra haec tempora historia eorundem ab Alfonso Ciacconio ... aliisque descripta a s. Pietro ad Clementem IX ..., vol. II, Romae 1751.
- Halkin Leon-Ernest, Les archives des nonciatures. In: Bulletin de l’Institut Historique Belge de Rome, 23:1961, p. 672, 686.
- Hildebrandt Philipp, Die Anfänge des direkten diplomatischen Verkehrs zwischen dem päpstlichen und dem preussischen Hofe. Ein Nachtrag zu „Preussen und die römische Kurie“. In: Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven und Bibliotheken, vol. XV:1913, p. 358-389.
- Hildebrandt Philipp, Eine Relation des wiener Nuntius über seine Verhandlungen mit Leibnitz (1700), Rom 1907.
- Jastrzębska Elżbieta, Maria Casimira Sobieska de filio Iacobo throni candidato secundum nuntios a legato Polignac missos (1696–1697). In: Sobótka, 35:1980, p. 351-354.
- Karttunen Liisi, Les nonciatures apostoliques permanentes de 1650 à 1800, Genève 1912, col. 56, 63, 71, 74, 78.
- Kopiec I., Acta Nuntiaturae Polonae, Tomus XLI, Iulius Piazza (1706–1708). Vol. I – 18 VII 1706–31 III 1707, ed. I. Kopiec, Romae 1991.
- Libiszowska Zofia, Gens Sobiesciorum in Europa post Ioannis III mortem. In: Sobótka, 35:1980, p. 356-368.
- Meysztowicz Valerianus, De Archivio Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivio Secreto Vaticano, Città del Vaticano 1944.
- Meysztowicz Valerianus, Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani, Città del Vaticano 1943 (Studia Theologica, vol. 11).
- Morandi Carlo, Relazioni di ambasciatori sabaudi, genovesi e veneti durante il periodo della grande alleanza e della successione di Spagna (1693–1713), Bologna 1935, p. 201.

- Moroni G., Dizionario di erudizione storico-ecclesiastico da S. Pietro sino ai nostri giorni specialmente intorno ai principali santi, beati, martiri, padri ai sovrani pontefici, cardinali e più celebri scrittori ecclesiastici, ai varii gradi della gerarchia della Chiesa cattolica, alle città patriarchali, arcivescovili e vescovili, agli scismi, alle eresie, ai concili, alle feste più solenni, ai riti, alle ceremonie sacre, alle capelle papali, cardinalizie e prelatizie, agli ordini religiosi, militari, equestri ed ospitalieri, non che alla corte Romana ed alla famiglia pontificia, ec., ec., ec. compilazione di Gaetano Moroni Romano primo aiutante di Camera di S. S., vol. I-CIII, Venezia 1840–1861; Indice generale alfabetico delle materie del Dizionario di erudizione Storico-Ecclesiastica compilato dall' autore stesso Cav. Gaetano Moroni Romano aiutante di Camera di Sommi Pontefici Gregorio XVI e Pio IX, vol. I-VI, Venezia 1878–1879; vol. XIX, Roma..., p. 162-163; vol. XXIX, p. 170, vol. LIV, p. 67, vol. LXI, p. 271.
- Nardi Luigi, Cronotassi dei pastori della S. Chiesa Riminese, aumentata e correcta dal sacerdote ..., Rimini 1813, p. 310-311.
- Orszulik Stanisław, Controversiae de Sobiescis tempore interregni 1696/1697 diadema regium potentibus. In: Sobótka 35:1980, p. 341-349.
- Otwinowski Erazm, Historia Polonorum annis 1696–1728, quibus Augustus II regnavit, Cracoviae 1849.
- Paschini Pio, Clemente XI. In: Enciclopedia Italiana, vol. X, Roma 1931, p. 572.
- Pastor Ludwig, „Storia dei Papi dalla fine al medio evo”, vol. XIV, „Storia dei Papi nel periodo dell' Assolutismo dall' elezione di Innocenzo X sino alla morte di Innocenzo XII (1644–1700)”, p. II „Innocenzo XI, Alessandro VIII, Innocenzo XII (1676–1700)”, Roma 1932, p. 498; vol. XV „Storia dei Papi nel periodo dell' Assolutismo”, vol. XV „Dall' elezione di Clemente XI sino alla morte di Clemente XII (1700–1740)”, Roma 1932, p. 24, 29, 268-269, 416, 418, 423, 488, 490-492, 520, 652-654, 665.
- Picotti Giovanni Battista, Innocenzo XII. In: Enciclopedia Italiana, vol. XIX, Roma 1933, p. 332.
- Pieroni Francini Marta, Da Clemente XI a Benedetto XIV; il caso Davia. In: Rivista di Storia della Chiesa in Italia, 37:1983, p. 438-471.
- Relazione delle solenni esequie fatte in Armino a di 20 febbraio 1740 all'Eminentissimo Signor Cardinale Giovanni Antonio Davia e breve ristretto della sua vita con alcune iscrizioni in sua lode [1740].
